



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo**

**Le Mire, Aubert**

**Brvxellis, 1627**

15. Idem Carolus Caluus in Attiniaco palatio templum adificat ac dotat, in honorem S. VValburgis virginis, quod nunc poßidetur à monachis Molismensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10903**

tem & potestatem nostram dijudicetur, ut quod ab illis piè & salubriter statutum est, impræuaricabile & inconvulsu[m] perpetuis temporibus permaneat.

Vt autem hæc nostri edicti constitutio æternis inviolata temporibus permaneat, manus nostræ subscriptione roborauiimus, & annuli nostri aurei appensione sigillari iussimus.

Ego GAVZLENVS Abba recognoui & subscripsi.

Data III. Kal. Iunij, Indictione VIII. anno I. Domini KAROII Anno  
serenissimi Imperatoris Augusti, regni vero XXXVI. 875.

Aetum COMPENDIO regio palatio, in Dei nomine feliciter,  
amen.

### N O T A T I O .

LUDOVICO Imp. & Rege Italæ, Lotharij innioris, qui primus Lotharingiæ Rex fuit, fratre, an. 875. defuncto, CAROLVS CALVVS Francorum Rex Italiam & Imperium occupauit. Eodem ipso anno exeunte, die 25. Decembris Romæ Imperator salutatur, & à IOAN-  
NB VIII. Papa coronatur.

Idem CALVVS Christi 877. Imperij II. regni Francorū XXXVIII.  
Lotharingiæ VIII. anno, die 6. Octobris Vercellis obiit. In Imperio  
& regno filius LUDOVICVS BALVS successit, qui biennio post, hoc  
est, anno 879. die 10. Aprilis, feria 6. ante Pascha viuere desit, re-  
lato in cunis filio CAROLO SIMPLICE: vt Flodoardus narrat.

### C A P V T X V .

*Carolus Calvus in Attiniaco palatio templum ædificat ac dotat, in honorem S. Walburgis virginis, quod nunc possidetur a monachis Molismensibus.*

KAROLVS diuina propitiante clementia Rex Francorum .....  
Nouerit ergo omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostro-  
rumque præsentium scilicet ac futurorum solertia, quemadmo-  
dum imitantes exempla priorum prædecessorum nostrorum Re-  
gum, Deum timentium atque colentium, ducti etiam nos religio-  
ne & succensi igne diuini amoris, staguimus ædificare ecclesiam in  
ATTIGNIACO palatio, in honore S. WALBURGIS Christi virginis,

D 3

quam

quam pro tutamento totius regni ex partibus Orientalium, sagaci industria, adferre voluimus.

Vbi ob prædecessorum successorumque nostrorum, nostraque Regiae Maiestatis, regniique stabilitatem, condonamus ex nostro proprio iure . . . . .

Signum KAROLI Regis gloriosissimi.

### N O T A T I O N E S.

**A T T I G N I A C U M**) siue **A T T I N I A C U M** palatum **VIII.** Iapide à metropoli Remorum ad Axonam fl. situm fuit; vbi hodieque municipium Attiniacum, vulgo *Bourg d'Attigny*, visitur, estque Fiscus seu patrimonium regium. Palatum istud à Carolo Magno exstructum tradunt; in eoque Ludouicus Pius, & alij Imperatores ac Reges sèpè domicilium ac conuentus suos habuerunt.

2) Idem palatum postea Normanni, cum ecclesia S. **W A L B V R G I S**, quam Carolus Caluus ædificarat, funditus euerterunt. Ecclesiam post reædificatam **H Y G O Campaniæ Comes** an. 1102. Molismensis monachis tradidit: vt ex illius loci monumentis accepi.

Cæterum ista S. **W A L B V R G I S** ecclesia seu capella, in vico *Dyon*, sita, est hodie monachorum Benedictinorum cella seu prioratus, vt nuncupant, à Molismensi Abbatia dependens, distatque non procul à municipio Attiniaco.

Molisni porro adseruatur **C A R O L I C A L V I** diploma (quod non nisi mutilum accepi) vt & tabula HYGONIS Campaniæ Comitis.

S. **W A L B V R G I S**) virgo, S. Willibaldi Aichstadiensis Episcopi soror, per S. Bonifacium Archiepiscopum, Germaniæque Apostolum circa an. 728. ex Anglia in Germaniam euocata fuit, cum alijs adiuisis, ad propagandam Euangelij doctrinam. Vide Fastos nostros Belgicos die 1. Maij.

### C A P V T X V I.

*Carolus Caluus Imp. an. 877. confirmat Bariacum, Gangiacum, & alia prædia Abbatiæ Marchianensis.*

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. **K A R O L V S** misericordia diuina Imperator Augustus. Si seruorum Dei utilitatibus subueniendo